

Sammelband von Dina



U. g. 1975



DISPUTATIO IV.

DE ACTIONIBVS PRÆTORIIS PERSONALIBVS, POENALIBVS, PRÆIUDICIALIBVS, & aliis quibusdam,

Ex §. IIX. & seqq. usq. ad §. actionum a. Instit. de act. & concordantib. juris textibus desumpta:

QVAM

ΣΥΝΘΕΩ
PRÆSIDE

Nobiliss. clariss. ac consultiss. viro,
D. N. ARNOLDO DE REYGER, IC. PRÆSTANTISS. ET IN INCLYTA SALANA publico Pandectarum Professore solertissimo,

Exercitij gratia ventilandam proponit
IVSTVS TAPPIVS Hildesheim. Saxo,
IENÆ

Typis Tobie Steinmanni.
Anno M. D. XCV.





V I R T V T E E T D O
C T R I N A S P E C T A B I L I V I R O,
Dn HENNINGO Renneman L L.
CANDID. & Collegij Saxon. in Erfur-
tensium Academia DECANO dignissimo,
Logices ibidem ac Ethices PROFESSORI
solertiss. Praeceptoris olim suo
fideliss. Amico intimo
summeq; colendo,

N E C N O N

G E N E R I S S P L E N D O R E, V I R O
suis ac doctrina decore conspicuo juveni Dn. G E O R
G I O Helmoldt L L. studioso, Patricio
Gottingensi, populari ac amico
suo singulari.

Hanc disputationem in perpetuum gratitudinis,
veri & sinceri amoris testimonium

Justus Tappius Resp.

Dd. L. M. offert.



C O N T I N U A T I O .

Expositis Disputatione proximâ actionib. in rem Prætoriiis: jam de iis, quæ in personam, sive personalib. & aliis quibusdam breviter agemus.

T H E M A I .



PERSONALES AV-
tem actiones vel ex contractu na-
scuntur, vel ex delicto: a Prioris ge-
neris est actio de constituta pecunia
b sive constitutoria, c qua conveni-
tur is, qui debitum d à se vel ab alio

Actio de
constituta
pecunia.

soluturum e citra stipulationem f promisit. g

a sup. Disp. preced. th. 4. b l. 5. §. Iulianus, l. 23. l. 26. l. fin. D. const. pec. §. 9. Inst. h. t. c l. 20. D. d. t. Item constituta pecunia l. 22. D. eod. l. 1. & 2. C. eod. pecunia a. verbum latissimè hic pro omnibus omninò rebus accipitur l. 2. C. de const. pec. d sive naturale illud sit & civile simul, sive naturale tantum l. 1. §. 6. & 7. D. d. t. non tamen civile tantum l. 3. §. 1. d. t. Duar. ibid. c. 2. Schneid. in d. §. 9. n. 24. Myns. ibi d. n. 13. sive etiam ex contractu sive ex delicto l. 29. ubi Goth. D. d. t. Oldend. class. 4. act. 8. Debitum tamen precessisse omnino oportet l. 5. §. 1. l. 11. d. t. l. 2. C. eod. d. §. 9. Inst. h. t. c d. §. 9. d. l. 5. §. 2. D. d. t. l. 1. C. eod. Quod si quis impersonaliter soluturum iri promiserit non obligatur Auth. Si quando C. de const. pec. f d. §. 9. Alioquin si stipulatio intervenisset, etiam inutilis, cessaret hac actio l. 1. §. cum qui 3. D. de cõst. pec. Old. d. loco: quod si utilis, actio ex stipulatu

A 2 Civilis



Civilis datur quæ cum hac cumulari nequit Schn. d. loc.
g Quibuscumq; etiam verbis l. 14. §. fin. l. 26. D. d. t.

2.

Competit hæc actio creditori, cui constitutum
est, ejusq; heredib; a adversus constituentem pro se
vel pro alio, b & ipsius heredes perpetuò. c

a l. 2. pr. C. de const. pec. b pro alio tamen constitu-
ens à creditore conventus beneficium excussionis sive
ordinis gaudet Duar. de const. pec. c. 8. Old. d. loco. Et si
ipse constitutū solverit à principali debitore illud repe-
tet actione vel mandati si pro iubente constituit l. 10. §.
11. D. mand. vel negot. gest. si pro absente aut ignoran-
te l. 20. §. 1. de const. pec. Schneid. d. loco. n. 30. & seq.
arg. l. ult. C. d. t. c l. 1. & 2. C. eod. Old. d. loco.

3.

Act. jura-
tor.

Ejusdem generis etiam est actio de peculio: a
de qua commodius infra b. Item actio juratoria c
competens ei, qui postulante d adversario e juravit
f sibi quid deberi vel suum esse, g adversus eum, qui
postulavit, ejusq; successores: non etiam tertium. h

a §. 8. & 10. Instit. h. t. l. 2. de pecul. b ubi de actio-
nib. quæ ex alieno nascuntur contractu agendum fue-
rit c. d. §. 8. Quæ & in factum §. 9. Instit. h. t. ubi Do-
nell. n. ult. l. actori C. de reb. Cred. & utilis dicitur l. 13.
§. 1. l. 29. de jurejur. Borch. tract. de jurejur. c. 8. n. 27.
Dis. Accurs. in l. 9. §. 1. verb. actionem & l. 11. §. fin. d. t.
quem sequuntur Dd. Comm. d. d. §. 9. l. 29. de jurejur. c
vel ejus nomine alio l. 17. §. fin. d. t. f vel ipse vel alius i-
psius nomine l. 7. in fin. cum l. seq. l. 9. §. penult. D. d. t.
Neg. aliud hic quaritur, quæ an juratū sit vel jurare
parato remissum d. §. 9. d. l. 9. §. 1. l. 5. §. 1. l. 29. pr. de ju-
rejur. g l. 9. §. fin. l. 11. §. fin. h d. l. 9. §. ult. l. 10. 11. pr. &
§. ult. d. t.

Hæc

4.

Hæc igitur actio locum ut habeat requiritur. 1. ut
jusjurandum vel delatum vel relatum a ritè b sit à li-
tigatore adversario. 2. ut ritè c sit præstitum, aut
præstare parato remissum. d 3. ut actori nondum
sit satisfactum.

a §. 9. Inst. h. t. l. 3. pr. l. manifesta de jurejur. l. 3. §.
deferre de in lit. jur. jurans. n. nemine ei jusjurandū de-
ferente sibi jurasse dicitur, nec ullam habet eò actionem
d. l. 3. b Eo sc. quo oportet modo l. 5. §. 3. de jurejur. &
ab iis qui deferre non prohibentur: inter quos an sit mi-
nor sine curatoris sui auctoritate juramētū deferens du-
bitatur; adfirmantium sententiam verioremputo per l.
101. de V. O. junct. l. 2. & l. 31. in fin. de jurejur. l. 27.
eod. junct. l. 2. & tot. t. C. Si advers. solut. Cujac. in d. l.
101. Borch. in d. tract. c. 3. n. 27. & seqq. Diss. Donell. in
tract. de jurejur. c. 4. n. 3. Duar. s. 10. eod. Gæd. in l. 21.
n. 11. de V. S. c. h. e. e. a. quâ oportet formâ, de qua v. Cu-
jac. 1. obs. 21. Vkes. in parat. de jurejur. n. 6. d. l. 2. pr. l. 3.
pr. de jurejur. e d. §. 9. in verb. neg. solvatur l. bona fides
de R. l.

5.

Consequitur hac actione actor & res principa-
les omnes, & accessiones.

l. 7. l. 34. pr. & §. ult. de jurejur. Donel. d. tr. de ju-
rejur. c. 8. Old. d. cl. 1. act. 9. Schneid. ad d. §. 9. n. 112.

6.

Posterioris generis sunt actiones pœnales, ve-
luti: actio albi corrupti, quæ datur adversus eum, qui
quod à Magistratu perpetuæ jurisdictionis causâ, non
prout res incidit, in charta vel alia materia proposi-
tum, vel per se vel per alium dolo corruptit, ad pœ-
nam

Albi Cor-
rupt. actio.

A 3 nam



nam 50. aureorum, anter actorem & fiscum dividendam. b

a l. 7. §. fin. de jurisd. §. 12. Inst. h. t. & ibi Borch. Diss. Schneid. ibid. n. 27. b VVes. in parat. D. de jurisd. n. 13. (Diss. Accurs. & vulgò Dd.) Siquidem & aliàs in plerisque popularibus actionibus, ubi res ad certum aliquem hominem non pertinet, observatur l. 25. §. ult. ad Syllan. ubi Duar. Diss. ibid. Goth. Gæd. in l. 12. pr. n. 15. de V. S.

7.

De in ius
voc.

Sic qui sine venia personas jure prohibitas a in jus vocaverit, actione Prætoria tenetur ad 50. aureos, b Quod an hodiè etiam obtineat? à Dd. in dubium vocatur. Et quamvis multi magni nominis Icti id negent; c adfirmantium tamen sententia an defendi possit videbimus. d

a ut sunt parentes utriusque sexus l. 4. §. 1. l. 5. 6. & seqq. D. de in jus voc. §. ult. Inst. de pæn. tem. lit. 56. in quorum sacris non est constitutus; reliquos enim jure potestatis in jus vocare prohibetur l. 8. in pr. d. t. & l. 3. C. eod. l. 4. & ibi Goth. de jud. Item patroni, eorumque liberi & reliqui, quibus reverentia legis necessitate debetur l. generaliter D. de in jus voc. & ibi Duar. c. 4. b d. §. 12. Inst. h. t. l. 1. 2. 4. & tot. tit. de in jus voc. c Quod antiqua illa in jus vocationis forma, quâ vocati obtorto collo si ultrò non ibant, invitati in jus rapiabantur Govea. 1. Var. ult. Borch. ad d. §. 12. Gæd. in l. 9. pr. de V. S. Obrecht. in eleg. Diss. de form. lib. th. 41. & seqq. hodiè sit sublata & nemo absque judicis permisso in jus vocari queat Cujac. 10. obs. 10. Borch. d. loc. Trevtl. p. t. Diss. 4. th. 6. lit. c. d arg. l. 1. o. §. prætor ait 12. de in jus voc. Dn. præses in process. jud. Diss. 2. th. 16. lit. a.

Vnde

8.

Vnde nec frustraneæ videntur Dd. disceptationes: utrum Vasallus dominum sine veniæ imperatione in jus vocare queat? Quamvis adfirmantium sententiam ut usu receptiorem, *a* ita & jure veteriorem putemus. *b*

*Negantium
sententiam
defendemus*

a Gl. in c. unic. verb. reverentia de milit. vas. qui Contum. Myns. 4. observ. 92. Clar. in §. feudum q. 25. Wesenb. in par. de in jus voc. n. 6. *b* per ea quæ tradit Duar. de in jus vo. c. 4. Diss. Oldendorp. class. 1. act. 4. in fin. Hartm. Hartm. ab Epping. 2. pract. obs. tit. 54. disting. Alc. ad l. 1. C. de in jus voc.

9.

Adhæc in eum quoque, qui in jus licite vocatum *a* vi exemerit dolove malo, ut alius eximeret, fecerit, *b* quanti ea res ab actore æstimatur, *c* actio in factum datur. Et si plures fecerint, in singulos datur: nec unius ex pluribus solutione cæteri liberantur *d*, manente nihilominus, qui exemptus est, obligato. *e*

*In jus vocat.
ne exim.*

a l. 1. §. 2. l. 2. & 3. Ne quis eum qui in jus voc. *b* d. §. 12. l. 4. in pr. & §. ult. l. 5. in pr. d. t. c. l. penult. in fin. eod. non quanti in litem juraverit actor, ut malè Acc. ad d. l. 5. §. 1. verb. qui in veritate Duar. de in lit. jur. num. 9. d. gl. in d. l. 5. §. 3. Cujac. 10. obs. 10. c. d. l. penult. §. ult. & l. ult. d. t.

10.

Sed & præjudiciales *a* actiones omnes ferè ex prætoris jurisdictione sunt comparatæ, unâ exceptâ, quæ civilis. *b* Suntque personales, quamvis in rem esse videantur: *c* quibus de statu alicujus quæritur, *d* veluti: de libertate, an aliquis liber vel servus: *e* ingenui-

*Præjudici-
ales act.*

ingenuitate, an quis libertus vel ingenuus: *f* & familiae statu & potestate, an quis justus sit filius vel non. Idq; vel inter uxorem & maritum, de partu agnoscendo, *g* vel inter alios, quorum unus se patrem dicit, alter negat & contra. *h*

a §. 13. l. h. t. ita dicta, quod non tantum alijs reb. prejudiciū aliquando adferunt, sed & quod hujus ipsius prejudicij, alijs reb. faciendi causa instituantur Donell. in d. §. 13. n. 7. & Borch. ibid. Cujac. 5. obs. 37. In quibus is actoris sustinet partes, qui habet intentionem secundum id quod intēdit l. 12. de except. l. 7. §. fin. de lib. caus. *b* Qua de libertate alicujus quaritur d. §. 13. & Donel. d. loc. Vult. 1. discept. schol. 3. Diss. Dd. ferè omnes ad d. §. 13. Ves. in tsag. lib. 4. Inst. n. 21. d. Borch. & Donel. d. loc. Vult. 2. l. R. c. 5. e d. §. 13. l. 24. de lib. causa. Hodie utiliter iis accommodatur, inter quos mutua quadam est quasi servitutis relatio, ut inter principes, Comites &c. & suos rusticos Oldend. Clas. 3. act. 9. Zas. Myns. & alij ad d. §. 13. l. fin. D. si ingen. esse dic. Utiliter iis competit, inter quos quasi dominii & servitutis, atq; adeo manumissionis quidam est respectus Myns. d. loc. gl. 1. & 5. de lib. ad gnos. d. §. 13. h. Donel. d. loc.

II.

Atq; haecenus de actionibus personalibus tam civilibus quam Prætoriiis: antequam avtem progrediamur, hinc notandum obiter, quod actiones quaedam mistam obtinere causam videantur, *a* tam in rem quam in personam: *b* qualia sunt judicia illa divisoria, quæ & duplicia vocantur, *c* veluti: familiae erciscundæ, competens coheredibus *d* de reb. hereditariis *e* dividendis. *f*

Famil. er-
cis.

a §. 20. Inst. h. t. an revera sint mista dictum supr. Diss.

Disp. preced. th. 2. b propter praestationes personales l.
22. Labeo §. familia 4. D. fam. erc. quo etiam pertinent
fructus percepti & impensa l. 4. §. 3. Com. divid. l. 4. §. 1.
& seqq. sin. reg. c Quod in his unusquisq. litigantium
actoris & rei locum sustinere potest l. 2. §. 1. Com. div. l.
2. §. 3. l. 4. §. 4. fam. erc. quamvis iudicio constituto is sit
actor, qui primus ad illud provocavit d. l. 2. §. 1. Com.
div. l. 13. 29. de jud. vel cui sorte obtigit l. 14. de iudic. d
Quibuscunq. sive ex testamento sive ab intestato l. 36.
D. fam. erc. e tam soli, quam mobilibus: sive in ipsa he-
reditate inventis sive occasione ejus adquisitis l. 4. in pr.
l. 9. & seqq. D. d. t. l. 19. pr. junct. l. 25. §. penult. de pet.
hered. exceptis nominibus & aliis quibusdam d. l. 4. l. 6.
C. eod. VVes. in par. D. eod. n. 5. §. 1. pr. D. fam. erc. d. §.
20. Inst. h. t.

12.

Divisio autem quomodo à iudice sit institu-
enda verius arbitrio ipsius relinquendum videtur:
a nisi vel consuetudine aliud obtinuerit, b vel à de-
functo testatore divisio sit facta. c

a arg. l. ult. C. Com. de leg. ubi electionem ex sortis
felicitate debere contingere rescribitur l. 2. C. quand. &
quib. quart. & tot. tit. fam. erc. VVes. in par. ibid. n. 6.
Schn. ad d. §. 20. n. 61. Diss. Canonista Com. qui divisio-
nem à fratre majore fieri volunt, concessa opinione mi-
nori per c. r. de Paroch. V. Trevit. p. 1. Disp. 19. th. 10. b
Quae pro lege habetur l. 32. de ll. c Ea enim utcunq.
salvâ legitimâ, servanda l. 20. §. 3. & 5. l. 33. & 39. D.
fam. erc. Geil. 2. obs. 116. n. 3.

13.

Item communi divid. actio, a competens iis, ^{Comm. di-}
inter quos quoquo modo, b honesta tamen, res est ^{vid.}
B communis

communis, adhæc ut vel res illa officio iudicis *c* dividatur, *d* vel quod alterum alteri ex æquo & bono præstare oportet, vel utrumq; præstetur. *e*

a d. §. 20. *Inst. h. t. l. 3. pr. l. 4. §. 3. Com. divid. VVes. in par. ibid. n. 2. b* sive cum societate sive sine l. 2. *D. d. t. l. 38. l. 1. r. pro soc. c §. 5. Inst. de off. jud. l. 6. §. 10. D. d. t. d* In societate enim vel communionem nemo detinetur in vitus l. fin. *C. Comm. div. l. 1. fam. etc. §. 3. Inst. de Obl. qua quasi ex contr. Neg. pacto effici potest, ut divisio omnino non fiat l. 14. §. 2. Comm. divid. l. 23. C. fam. etc. Neg. jussui testatoris hoc casu standum arg. d. l. fin. Schneid. ad d. §. 20. n. 22. Diss. gl. in d. l. fin. & alii à Schneid. relati. Quid si pactum juramento firmatum? Servandum omnino existimamus arg. c. cum contingat de jurejur. l. 23. C. fam. etc. Schneid. d. loc. n. 29. e d. §. 3. l. de obl. qua quasi ex cont. l. 3. pr. l. 4. §. 3. D. Comm. div.*

14.

Veniunt in hanc actionem res singulares tam corporales, *a* quam incorporales: quamvis hæc tantum utiliter. *b* Item, præstationes, *c* quemad. in iudicium fam. etc. cum quo in plerisq; convenit; *d*.

a l. 4. pr. *D. Comm. div. Schneid. d. loc. n. 15. VVes. in par. d. t. n. 3. b* l. 6. pr. l. 7. §. 2. & 6. l. 19. §. fin. d. t. l. 13. §. 3. de usufr. *c* d. l. 4. §. sicut d §. 4. l. de obl. qua quasi ex contr. l. 3. l. 4. §. 3. l. 6. §. 1. & seqq. *Comm. div.*

15.

Et deniq; finium regundorum actio, *a* quæ & finalis quæstio dicitur, *b* competens ad finibus *c* qui confinia prædia *d* possident rustica; *e* in hoc, ut eorum limites congrua fundorum divisione, vel mutua adjudicatione & condemnatione *f* distigvantur.

a d. §. 20.

Fin. regund.

a d. §. 20. Inst. h. t. & ibi Vves. l. 37. in fin. de O. & A.
 b l. 11. D. fin. reg. l. 4. C. eod. c. l. 12. D. d. t. nec interest
 domini veri sint §. 6. & 7. l. de off. jud. l. 4. §. 5. & 9. d. t.
 vel quasi, ut: superficiarius, emphyteuta & c. d. §. 20. &
 ibi Schneid. n. 6. l. 4. §. 9. fin. reg. d. d. §. 20. l. h. t. l. 12. pr.
 l. 4. §. 10. D. d. t. Confinia autem pradia sunt, inter qua
 nec tertii pradium, nec flumen, aut via publica interve-
 nit l. 4. §. fin. l. 5. & 6. d. t. & ibi Vves. in parat. Quib. ta-
 mē casibus quia periculū ad nos pertinet, utiliter expe-
 riri possumus l. 14. in fin. Quemadmodum serv. d. l. 4. §.
 fin. & ibi Goth. c. l. 2. pr. fin. reg. Non urbana, qua ma-
 gis vicinia inter se, quam confinia dicuntur, & plerunq;
 communibus determinantur parietibus d. l. 4. §. 10. Cu-
 jac. & Vves. in par. eod. §. si finium l. de off. jud. & ibi
 Borch. f. d. §. 20. l. h. t. d. §. 6. Inst. de off. jud. l. 2. §. 1. l. 3.
 & 4. D. fin. reg. Cujas. 6. obs. 39.

16.

Notabilis hoc loco, ubi de finibus agitur, illa
 occurrit quæstio: Si in confinio auffs oder in eines
 grenz quis inveniatur occisus, ad quem de delicto
 pertineat cognitio? In dubio ad eū, in cuius territo-
 rio caput occisi inventū, pertinere cōmunis est opi-
 nio, a à qua non ita facilē recedendum putamus. b

a arg. l. 44. de relig. & sumpt. fun. Schneid. in §.
 fin. Inst. de I. N. G. & C. Borch. in c. unic. n. 26. Quæ
 sint reg. in usib. sev. d. Gæd. 1. Disp. 18. th. 4. Disp. Zas. in
 par. Comm. div. nu. ult. & alius quidam novissimē, qui
 situm pedum hoc casu inspiciendum opinatur: cuius
 opinionis rationes tantum abest ut sint meliores, ut pla-
 nē alieno à Dd. nitatur fundamēto. Immo eo maximē re-
 tento, uno tantū casu, quando occisum statim vulne-
 re à tergo accepto cecidisse cōstat, probabiliter vera esse

B 2 possit

possit. a arg. l. minimè 23. de ll. Cumq; ea, quæ commū-
niorib; Dd. suffragiis comprobantur, consuetudinis ferè
vim habeāt Hari. Pist. 2. quæst. 27. n. 21. in fin. v. Treut.
p. 1. Diss. 1. t. b. 8.

17.

Rei pers.
act.

Ceterum actiones quædam rei persequendæ
causa comparatæ sunt: quædam poenæ. a Rei b persequendæ
quædam causa comparatæ actiones sunt, quib; quod
ex patrimonio nostro abest persequimur, c cujus-
modi sunt in rem omnes: & personales ex contra-
ctu vel quas. descendentes: d excepta depositi acti-
one, quâ tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa
deposita persequimur: e actione redhibitoria; f &
ex testamento ad petendum legatum aut fideicom-
missum pium. g

a §. sequens t. h. t. b Res hîc omne id, quod sine pœ-
na lege constituta persequimur, significat. l. Rei 14. de
V. S. Ves. hîc & Donel. n. 5. cl. 35. de O. & A. d §. 17.
l. h. t. & tot. tit. sup. Quæ quasi ex del. nasc. e d. §. 17.
23. & 26. l. h. t. l. 1. deposit. f l. 45. de adil. ed. Quæ om-
nia in integrum restituuntur re reddita & precio re-
cepto l. 27. 29. §. 17. de ad. ed. g §. 19. & 23. l. h. t. §.
ult. de obl. quæ quas. ex cont.

18.

Ex delictis rei persecutoriæ sunt: actio rerum
amotarum. a & condictio furtiva: b de quibus su-
prâ suo loco.

a l. 6. §. 4. l. 21. §. 5. Rer. amot. b §. ult. Inst. de obl.
quæ ex delict. §. 14. h. t. l. 7. §. 1. de Cond. furt. quam ta-
men potius occasione delicti, quam ex ipso delicto com-
petere putamus cum Vult. 2. l. R. c. 19. n. 29. Diss. Accurs.
in l. 30. pr. de act. empt. Cujac. 13. obs. 37.

Pœnales

Pœnales sunt, quibus pœnam à lege introdu-
ctam *a* nobisq; debitam atq; adplicandam perse- ^{Pœnales.}
quimur *b*. Et quidem aut pœnam meram, aut simul
rem ipsam, unde mistæ dicuntur. *c* Illius generis
sunt: actio furti: *d* injuriarum, *e* de quibus supra
suis locis. Istius sunt reliquæ ferè omnes pœnales,
tâm ex contracto, quàm ex delicto descendentes. *f*

a Non à testatore in testamento constitutam,
quæ rei appellatione continetur §. ult. Instit. de legat.
quemad. & in stipulationem deducta §. ult. Instit. de V.
O. §. alteri Inst. de inutil. stipul. l. lecta de reb. cred. l. ult.
de prat. stip. VVes. §. 17. hîc Donel. ibid. n. 6. *b* Vult. 1. 1.
R. c. 54. n. 6. *c* §. 18. Inst. h. t. *d* d. §. 18 l. si pro fure 7.
§. 1. de cond. furt. *e* §. pœna 7. & 10. Inst. de injur. Do-
nel. d. §. 16. n. 11. *f* Donel. d. loc.

Proinde his non incommodè illa adjungitur <sup>Act. in sim-
plum.</sup>
actionũ divisio, quâ aliæ in simplum esse dicuntur;
aliæ in multuplum. *a* In simplum sunt omnes rei
persecutoriæ, *b* & pœnales, in quibus certa pœnæ
summa à lege est comprehensa, ut ex comparatio-
ne alterius simpli amplius nihil pœnæ nomine con-
stituatur. *e*

a §. 21. Inst. h. t. Iohan. Tom. Freig. in quest. Inst.
ibid. *b* §. 22. & ibi Borch. ac Donel. *c* Donel. d. loc.

In multuplum omnes reliquæ pœnales: *a* & vis <sup>Actiones in
duplum,</sup>
cissim vel in duplum, vel triplum, vel quadruplum:
ulterius nulla ostenditur actio. *b* In duplum sunt:
actio furti nec manifesti; damni ex L. Aquilia; *c*
depositi ex quatuor supra relatis causis adversus
dolo

B 3

dolo inficiantem; *d* & ex testamento ad relicta ve-
nerabilib. locis. *e*

a ut patet ex §. 23. & seqq. l. h. t. b d. §. 21. l. h. t. &
ibi Schneid. c. d. §. 23. l. 50. de furt. l. 1. de vi bon. rapt.
& 26. h. t. d d. §. 17. 23. & 26. ibiq. Cujac. in not. Num
hoc ad alios & similes casus extendi possit & debeat?
quari hic solet: Adfirmantium verior videtur opinio
arg. l. 1. §. merito & §. hac a. D. depos. junct. l. illud qua-
situm 32. ad L. Aquil. c. 1. §. item qui dominum vers.
sed quia natura Quae fuit pr. ca. in us. serv. Schneid. §.
Sic itaq. Inst. h. t. n. 34. Diss. Fab. ibid. n. 5. c. d. §. 17. 23.
& 26. Inst. h. t.

22.

Actio servi
corrupti.

Item, actio servi corrupti, competens domino,
a adversus eum, qui servum seu ancillam alienam
corruperit, vel dolo malo ei quid persuaserit, quo
deteriorem redderet. *b* Hodie utiliter datur etiam
patri de filio vel filiafam. corruptis; *c* domino seu
magistratui de subditis; *d* marito de uxore corrup-
ta. *e*

a l. 1. §. Qui bona fide de serv. corrupt. etiam ma-
rito in uxorem de servo corrupto, non tamen in duplum
sed simplum, l. fin. de serv. corrup. b §. 25. Inst. h. t. l. 1. &
tot. t. D. d. t. c. l. 14. §. 1. D. eod. Cujac. 17. obs. 11. Borch.
in §. servis Inst. de injur. Num etiam ipsi filio corrupto?
ita putant Dd. Comm. teste Myns. in §. 25. Inst. h. t. &
ibid. Schneid. n. 10. d Dd. in d. §. 25. e Zas. in d. §. 25.
n. 5. Old. Class. 7. act. 2.

23.

In triplum.

In triplum, in quo & simplum connumeratur,
est conditio ex lege adversus eum, qui minorem,
quam sibi debetur, quantitatem in libello conven-
tionis

tionis inferuerit, ut viatores ex eo sportularum nomine ampliozem exigerent summam.

§. 24. & 33. *Inst. h. t. V. ibid. Schneid. n. 6. & Borch.*

24.

An autem hæc etiam habeant locum si plus tempore, loco, vel causâ petatur? hîc non incommodè quæritur; Et de posteriorib. duobus modis id adfirmatur: a de priore verò constitutum, ut contra plus petentem tempore, duplicentur induciæ, iisq; elapsis non aliter ad agendum admittatur actor, nisi refuis prius sumptibus litis in prima instantia factis. b

a d. §. 33. *Inst. h. t. & ibi Borch. ac Schneid. n. 14. Cujac. 7. obs. 27. b §. 10. Inst. de except. Borch. d. loc. V. VVes. in d. §. 33. & seq. & Reinh. Diff. jur. Civ. & Sax. lib. 2. p. 4. Diff. 61.*

25.

Quid si vel minus, quam oporteat, vel aliud pro alio aliavè ex causa petat actor? Non hinc ipsi idem periculum, sed priore casu iudex adversarium in reliquum condemnabit: a in posterioribus cognita veritate in eodem iudicio errorem suum corrigere aut mutare actor potest. b

a §. 34. *Inst. h. t. & ibi Myns. & alii, & discrepante petitione & probatione potius secundum probata, quam petita pronuntiabit VVes. in d. §. 34. b §. 35. Inst. h. t. l. 4. §. fin. de nox. act. unde mutatio libelli manifestè probatur VVes. d. loc. n. 2. Hoc tamen ita, ut si temerè litem moverit sumptus litis hæctenus agitata reo dependeat aliàsq; ei inducias ad deliberandum concedat l. 1. pr. de ed. l. 3. C. eod. Auth. offer. C. de lit. contest. Donel. ad d. §. fin. minus n. 5.*

Quandiu

Quandiu autem liceat actionem editam corrigere & mutare? quaestio nobilis est nec inutilis. Et quidem de correctione sive emendatione inter omnes convenit, eam ad sententiam usq; definitivam esse concessam: *a* de mutatione verò an idem? hoc opus hic labor est! Nos negativam de theoricā veritate veriore arbitramur. *b*

a Gail. 1. obs. 51. n. 9. & obs. 74. n. 4. & seqq. Menoch. 2. arb. jud. q. 167. Everch. Bronchorst. ads. 20. C. 1. évauho. *Qa b d.* §. 35. & ibi VVes. n. 2. Donel. ibi n. 2. & seqq. & in d. l. 3. C. de ed. n. 14. & seqq. l. cum fundum 18. §. ult. de vi & vi arm. Trevtl. p. 1. Diss. 4. th. ult. lit. d. Diss. Gail. d. loc. & vulgò Dd. in d. l. 3. & in d. §. 35. qui tantum ad litis usq; contestationem permittunt: quorum opinio in foro re. epta.

Deniq; in quadruplum est actio furti manifesti *a* quod metus causa, *b* & actio in factum adversus calumniatores: qui pecuniam aliudvè commodum ut alteri per calumniam negotium in iudicio facerent aut non facerent, accepisse dicuntur. *c* Item, condictio ex lege adversus litium executores, qui plus quàm ipsis debetur, à reis sportularum nomine exegerint. *d*

a §. 25. Inst. b. t. de qua supra suo loco, *b d.* §. 25. De qua supr. Diss. prox. c. d. §. 25. & ibi Borch. Paul. 1. sent. 5. pr. ubi Curia. l. 1. 2. 3. & passim D. de calum. l. 1. §. 1. ad Turpill. & datur hæc actio intra annū in quadruplū eius, quod calumniandi animo accepit: post v. in simplum l. 1. pr. & §. seqq. l. 2. & 3. de Calum. in heredem non datur, nisi in id, quod ad eum pervenit l. 5. cum seq. d. t. d. §. 25. totum actor adplicandum Schneid. hic n. 25, & Dd. Com. Diss. gl. ibid. per Novel. 124. c. 3.

99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







37.

DISPUTATIO IV.
DE ACTIONIBVS PRÆTORIIS
PERSONALIBVS, POENALIBVS,
PRÆIUDICIALIBVS,
& aliis quibusdam,
Ex §. IIX. & seqq. usq. ad §. actionum a.
Instit. de act. & concordantib.
juris textibus desumpta:
QVAM
SYNOPSIS
PRÆSIDII
Nobiliss. clariss. ac consultiss. viro,
D. N. ARNOLDO DE REYGER,
IC. PRÆSTANTISS. ET IN IN-
clyta SALANA publico Pandectarum
Professore solertissimo,
Exercitij gratia ventilandam proponit
IVSTVS TAPPIVS Hildesheim. Saxo.
IENÆ
Typis Tobie Steinmanni.
Anno M. D. XCV.